



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

Cap. I. De Ecclesiæ Thesauro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**




## EXAMEN V.

Circa materiam de Indulgentiis.

CAPVT PRIMVM.

*De Ecclesie Thesauo.*

1.  *Via Indulgentiarum lucratio satisfactionis exco-  
vices, tractatio huiusce materia atroxenda. Quia  
nam igitur Thesauri Ecclesie nomine intelligendum  
Est collectio ex operibus satisfactoriis, que facti  
Egerunt non illis pro culpis propriis necessaria.*

2. *Ubinam hic Thesaurus? In sola diuina acceptatione, que  
omnia hæc opera ad remunerationem feruat.*

3. *Ex quibusnam præcipue operibus hic Thesaurus consistit?  
Præcipue ex operibus Sanctorum, qui nunquam aut raro delin-  
quentes longè latè que pœnam pro culpis debitam excelsere.  
Talia (v. gr.) opera Deiparæ nunquam delinquentis, Ioannis,  
Iacobi: talia Christi opera natura ipsa impeccabilis, pro  
quibus solis infinitum hunc Thesaurum esse sub Clemente VI.  
fides asseruit.*

4. *Possunt ne Sancti, & iusti viri satisfactorijs suis operibus,  
que apud Ecclesie Thesaurum custodiuntur, pro peccatis debitis  
aliena culpa satisfacere? Possunt, & de condigno. Quamuis  
enim non possint alteri gratiam de condigno mereri: (et  
quippe excellentia meritorum soli Christo concessa,) possunt  
tamen de condigno satisfacere. v. gr. si Antonius iustus  
pro Petro ieiunaret iusto, satisfaceret pro Petro tantum  
quantum pro se ipso satisfactorius esset, ut ex Tertuliano  
didici.*

5. *Penes quem in terra huiusce Thesauri clavis affidet? Penes  
Ecclesiam, & eius caput summum Antistitem: unde apud  
ipsum potestas Thesaurum aperiendi, & claudendi cum  
voluerit.*